



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Nobili Viro Dvci Brabantiae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

non debeas obedire? Certe multūm desipis, si hoc sapis. Nam & nos homines sumus, & Deum cœli timemus, nec quicquam vellemus contra ipsum statuere aut supra nos aliquid arrogare. Quantum autem in hoc facto deliqueris, & quam merueris ex contumacia tanta pœnam, melius experteris in opere quam ex canonica reueas lectione, nisi adhuc, quantum possimus, tuæ vellemus honestati deferre; sed nisi defertenibus deferas, & deposito corde lapideo carneum cor aspergulas, & obediens voci nostræ, quanto differtur amplius, tanto gravius infetur. Sanè si fuissimus in facto imperij personarum aut munerum acceptores, si potentiam præposuissimus justitiae, & pervertissimus iudicium æquitatis, inobedientiam tuam vel dissimulatorem omnino, vel saltē minus molestè ferremus. Verūm cùm personatum acceptance postposita, non attendentes vultum potenter, nec impotenter iustitiam contemnentes, secuti fuerimus æquitatem, & jam Dominus iudicium nostrum certis videatur indicis approbasse, contumaciam tuam nec debemus nec volumus ulteriū in patientia sustinere, cùm secundūm Apostolum patet: i simus inobedientiam omnem ulcisci, quam ex hoc & tu ipse amplius manifestas quod expectatus diutius, licet promiseris, nullum tamen propter hoc miseris responsalem. Volentes autem adhuc, si possumus; te ad viam rectitudinis revocare, monemus & exhortamur attentius & per apostolica tibi scripta in virtute obedientie districte præcipiendo mandamus quatenus omni excusatione cessante, prædicto Legato infra mensem post susceptionem præsentium plenè satisfacias de injuriis interrogatis, & sic ut idem tibi ex parte nostra præcepit, super facto imperij nostræ contentias & obediens voluntati; præsternit cùm idem Rex sufficientem præstare velit super indemnitate Magdeburgensis Ecclesie cautionem. Alioquin noveris nos venerabilibus fratribus nostris Mindensi, Verdeni, & Hildelementi Episcopis dedisse districtū in mandatis ut ex tunc te singulis diebus dominicis & festis, pulsatis campanis, & candelis accensis, appellatione remota, excommunicatum publicè nuntient, & per vicinas dioceses faciant sub solemnitate simili nuntiari; suffraganeis tuis & Magdeburgensi Capitulo ex parte nostra in obedientia virtute mandantes ut inobedienti tibi nullam reverentiam prostris impendant, nec te ut Metropolitanum honorent, sed ut excommunicatum evident. Quod si nec sic arbor tua fota stercoribus fructus protulerit requisitos, securim ad radicem scilicet in fructuose ponemus; ut juxta proverbium veritatis, arbor qua non fecerit fructum bonum, excidatur, & mittatur in ignem.

## EPISCOPO PATAVIENSI.

Epist. 110.

**N**on est tibi vel alij formidandum quod nos, qui debemus omnium iura tueri, velimus imperij Romani iura turbare, ne inde nascantur injuria unde iura nascuntur, cùm illa simus mensura contenti quam Christus in evangelio diffinivit. Redite, inquit, que sunt Cæsar is Cæsari, & que sunt Dei Deo. Ne quis igitur

estimeret quod contra iura imperij Romani aliquam nobis obligationem feceris aut etiam sponsonem, praefentes tibi litteras in testimonium duximus concedendas; in quibus scripturam illam quam ad tuam innocentiam ostendendam nobis dedisti de verbo ad verbum duximus adnotandam. Ego.. PATAVIENSIS EPISCOPOS per hoc scriptum meo sigillo manutinum profiteor & affirmo quod litteras illas in quibus quoddam capitulum continetur per quod clavis Ecclesie, quas Deus beato Petro & successoribus ejus concessit, videtur aliquatenus derogari, nec legeram nec audieram antequam ad presentiam Domini Papæ venisse, licet litteris illis memum sit sigillum appensum; quoniam minus caute ratiōne pergameno memum jussi sigillum apponi, credens quod nihil in eo scribi deberet in derogationem ecclesiastica potestatis. Unde capitulum illud contra claves Ecclesie nec approbo nec defendeo, sed corde credo & ore confiteor quod quicquid Romanus Pontifex, qui est successor beati Petri & Vicarius Iesu Christi, ex auctoritate ipsarum clavium ligaverit super terram, erit ligatum in celis, & quicquid solverit super terram, erit solutum in celis. Datum Literanixi, Kal. Iunii, anno septimo.

## NOBILI VIRO DVCI BRABANTIE.

**O**lim, si bene recolimus, pro consummatione copula inter carissimum in Christo filium nostrum illustrem Regem Ottoneum in Romanorum Imperatorem electum, & dilectam in Christo filiam [ Mariam ] natam tuam nobis humiliter supplicasti, ut dispensationem quam venerabilis frater noster Prænestinus Episcopus apostolica sedis Legatus de speciali mandato sedis apostolica fecerat inter ipsos auctoritate dignaremus apostolica confirmare. Cui petitioni, propter multam utilitatem qua nolcitur ex hoc imperio proventura, consentium præbuius pariter & favorem. Nunc autem, quod grave gerimus & molestum, occasionibus frivoli adivinitis ipsam eidem Regi sponso suo tradere malitiosè recusas, cùm solemniter inter ipsos sponsalia sint contracta, & hinc inde tam per te quam per homines tuos præstito iuramento firmata, illicitum habens, ut dicitur, cum nobili viro Philippo Suevia Duce tractatum ut eam carissimum in Christo filio nostro Frederico illustri Regi Sicilia nepoti suo copules in uxorem, quod utique tanto gravius reputamus quam magis ex hoc & animæ tuae periculum & famæ dispendium procuratur. Cùm enim prædictus Rex Sicilia fororem carissimi in Christo filij nostri illustris Regis Aragonum germanam, uxorem quondam illustris Regis Vngarie, accepere debeat in uxorem, & jam inter ipsos per dilectum filium Roffridum tituli sanctorum Marcellini & Petri Presbyterum Cardinalem Cafinensem Abbatem, tunc apostolica sedis Legatum, de mandato nostro, medianibus & jurantibus familiaribus utriusque sponsalia sint contracta, præter id quod dicta filia tua ipsum Regem Siciliæ linea consanguinitatis attingit, quare non posset eidem matrimonio copulari, sustinere non possemus aliqua ratione ut contra hoc quod hinc etiam nobis approbantibus est datum temeritate qualibet veniretur. Nos autem,

Epist. III.  
Vide supra  
epist. 66.Vide supra  
epist. 80. &  
lib. II. epist.  
4.134.

tem, ne sanguis tuus de nostris manibus requiratur, qui tenemur ex injuncto nobis officio de salute animæ tua sollicitè cogitare, nobilitati tua per apostolica scripta mandamus & in virtute spiritus sancti districtè præcipimus quatenus usus consilio saniori, eandem filiam tuam prædicto Regi sposo suo, sicut præstito jureamento teneris, tradere non differas in uxorem, famæ tuae confulens & saluti. Nos enim venerabilibus fratribus nostris Maguntino Archiepiscopo & Episcopo Cameracensi nostris damus litteris in mandatis ut si venerabilis frater noster Colonienensis Archiepiscopus requisitus præfata filiam tuam infra mentem noluerit coronare, ipsi vel eorum alter, si ambo nequeunt interesse, auctoritate nostra suffici, eam omni contradictione, occasione, & appellatione cœstante coronen. Si vero, quod non credimus, aliud duceres faciendum, noveris quid in personam tuam, uxoris tuae, ac terram tuae dominationi subjectam ecclesiastica severitatis gladium exerceremus, cum propter similem culpam in quoddam Reges & regna ecclesiasticam jam duxerimus sententiam proferendam, sicut tua nobilis non ignorat. Præterea, quicquid de ipsa filia tua contra mandatum nostrum feceris in deregationem canonicee sanctiōnis irritum decernimus & inane; prædicto Cameracensi Episcopo & dilecto filio Præposito Bunnensi & majori Decano Colonensi nostris dantes litteris in mandatis ut ea qua præciosissimus non differant publicare. Datum Romæ apud sanctum Petrum vi. Kal. Novembri, pontificatus nostri anno septimo.

MAGNTINO ARCHIEPISCOPO.

Epi. 112.

**C**um propter defectum pallei, quod Placentius tibi restituere noluerat, non modicam sustinueris detrimentum, & nos tuis profectibus intendentis, aliud tibi palleum per venerabilem fratrem nostrum Cameracensem Episcopum & dilectum filium magistrum Vv. de Leicestria nuntium tuum duxerimus transmittendum, fraternitatì tuae per apostolica scripta mandamus quatenus eo utaris ad divini nominis gloriam, apostolica sedis honorem, salutem animæ tuae, necnon utilitatem metropolis Maguntinæ. Monemus igitur fraternitatem tuam & exhortamur in Domino, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus tam erga nos quam erga carissimum in Christo filium nostrum illum Regem Ottentonem in Romanorum Imperatorem electum talem te studeas exhibere ut fidem & devotionem tuam magis & magis in opere comptobemus. Datum Romæ apud sanctum Petrum v. Kal. Novembri.

MAGNTINO ARCHIEPISCOPO,  
& Cameracensi Episcopo, & Preposito Bunnensi.

Epi. 113.

**C**um iij qui olim nullam vel modicam nobis & apostolicae sedi reverentiam & obedientiam exhibebant, Graci videlicet, Blachi, Bulgari, & Armenij, nunc ad obedientiam nostram & devotionem apostolicae sedis plenè per Dei gratiam revertantur, ut sit unum ovile & unus pastor, dolemus plurimum & turbamur quod venerabilis frater noster Colonienensis Ar-

Tom. I.

chiepiscopus, qui videbatur esse nobis obediens & devotus, ab obedientia & devotione nostra declinat, cum præcepta nostra, quæ ipsi multo-  
tiens iteravimus pro carissimo in Christo filio nostro illustri Rege Octone in Romanorum Imperatorem electo, pertinat aure surda, & quod pejus est, ipsum penè penitus deseruisse videatur, quodque pessimum, in contrarium machinari. Hoc autem malum tam grave repudiamus & grande quod ex eo, nisi quantocius corrigeretur, Ecclesia Coloniensis & civitas irreparabile detrimentum incurret, & ipse Archiepiscopus, qui per hoc & famam ex toto corruptit & etiam perdit omnino, nos & Romanam Ecclesiam in confusionem, si posset, induceret vehementem. Cum enim non ipse nostrum, sed nos ejus in hac parte fuerimus iudicium imitati, & in favorem ejusdem Regis ipse nos traxerit, non nos ipsum, si eum dimiserit sine nobis, quia nos cum nullatenus dimitemus, profecto tam ipsi quam nobis illud poterit non immerito coaptari: *Si cœcus cœcum duxerit, ambo in foveam cadunt.* Sed si voluerit, potius ipse cœcus cadat in foveam quam nos, qui nolumus sequi cœcum, in foveam corruiamur. Malentes igitur ut idem Archiepiscopus per admonitionis vestre studium à suo revocetur errore, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus & districte præcipimus quatenus ad Colonensem Ecclesiam pariter accedentes, convocatis Prioribus & aliis quos videritis convocandos, coram eis dictum Archiepiscopum monere diligenter & inducere procuretis, eidem ex parte nostra in viritate obedientia firmiter injungentes ut ab hoc errore, usus consilio saniore, penitus resipiscat, & ne omnino perdat operam & impensam, eidem Regi, sicut prædicto fidelitatem juramento teneat, suum impedit auxilium & favorem, & alios ad devotionem & servitium ejus diligenter inducat; proponentes eidem quod si secus duxerit faciendum, in eam se difficultatem inducet de qua non facilè poterit expediti. Si vero ad excusationem suam proposuerit coram vobis quod idem Rex eum offenditer vel gravarit, ipsum cognita veritate ad satisfactionem ei debitam impendam monere diligenter & inducere procuretis, & si necesse fuerit, auctoritate nostra cogatis; cum etsi prædicto Regi favere velimus, præstatum tamen Archiepiscopum in suo cupiamus jure fovere. Alioquin veritatem diligenter examinatam per vestras nobis litteras appellatione cessante fideliter intimetis; ut per relationem vestram instruisti, si predictus Archiepiscopus de inobedientia vitio, quod secundum Prophetam idolatriæ comparatur, & iuramenti transgressione, per quam iuxta legem divinam in vanum assumitur nomen Dei, admirabilis \* apparuerit, securim ad radicem in- \* id est, cul- fructuose arboris apponamus, & cum stare non possit, apostolica falce succisa, in locum ipsius talis faciamus succrescere plantam quæ fructum suavitatis proferat & odoris. Sanè nos eidem hac vice non seribimus; quia cum super hoc ipsi multo-  
tiens direxerimus scripta nostra, nihil aut parum profecimus apud ipsum, quia mandata nostra pariter & præcepta exaudire

B B b b b